Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26236
Copyright: Admont, Benediktinerstift



68

Inuisibilia ei a creatura mundi per ea que
facta s intellecta spiciuntur.

Vnde concupiscentia nascatur
et unde ignorantia

In carne o mortali ex sensualitate corrupta uitium nascitur concupiscentie. ex sensu corrupto uitium ignorantie. sibi qa appetitus querendi necessitatis ultra mensuram se extendit. hic quia instrumentum capiendi ueritatis ab integritatis uigore defit. Hoc autem difficultatem maximam questionis adducit. quod originale peccatum non in solo carnalis corruptionis uitio assignare uidemur. quod tamen usque ad participationem anime rationalis extendi necesse est esse tamen.

Quomodo anima peccati originalis particeps fiat.

Vox omnis anima. Que omnis da ac sine uitio creatur. particeps illi fiat uitii quod per sola carne adducitur. dignum inquisitione erit. si aliquis hec diligentia inuestigari potuisset. Sed autem quia scientie humane expositum non est ad cognitionem fide a nobis credendum est non curiositate inquirendum. Ipsa si dixerimus animam quam corpori commiscetur uoluntate quadam ad delectationem (cuipe) inclinari non originali tantum sed actuali quoque peccato obnoxiam esse demonstramus. sicut necessitate aliquam ad consortium corporis et ad etatem uitii corporalis detrusam esse tenemur. ex ipsa necessitate a reatu absoluta esse ostendimus. Quod enim omnino necessitati est imputabile non est. Quod autem uoluntati est non originale sed proprium est. Constat quoniam rationalis anima corpori humano infusa. nec uoluntate corruptum. ne peccem sit actuale. nec necessitate corrumpitur ne uitium sit non imputabile. Sed nunquam malum illi est aut mala uoluntas. qa nec dum uelle accepit. aut opus malum qa nondum adhuc bonum malum agere potuit. si malum illi est qa talem esse que non per gratiam adiuuetur. neque cognitione ueritatis percipere. neque concupiscentie carnis sue resistere possit. Hoc autem illum non de integritate conditionis. sed de societate carnis corruptibilis. Que uidelicet corruptio qa a primo parente in omnem posteritatem per carnis propagationem transducitur. peccati originalis macula in uitio ignorantie et concupiscentie adunatus sordidatur. Quod si quemquam iustitia anime imputetur. quod neque ex creatione accepit. neque uoluntate perfecit. sed ex sola carnis societate sortitus. quam tamen societatem non ipsa suo arbitrio uendicauit. sed precepto et dispositione creatoris sui suscepit. non tamen id quod ueritatem esse profiteri oportet.

peccato alieno